
Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

G, 9298.
8°

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
130017587367

UB-boks:
Bibl. Dan. III,
sp. 1305

[LN 969]

BIBLIOTHECA
REGIA
HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

ORATIO

FVNEBRIS, SCRIPTA IN MEMORIAM PIISSI-mi & doctiſſimi uiri M. CHRISTI-ERNI MORSIANI, qui obijt Haff-niæ die 24 Aprilis, 1554. Et recitata in ſchola Haff-nienſi

à

IOHANNE MAT-THIA HOINO.

VVITEBERGÆ
Ex officina hæredum Pe-tri Seitzij.

B. M. H.

1554.

D: magiſtro thome de Huyom
patri ſuo chariſſimo.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

Reuerendis uiris, doctrina-
rum & uirtutum decore clariſſi-
mis, Reuerendo D. Epiſcopo,
D. Doctori Petro Palladio,
& magnifico D. Rectori, cæte-
riſq; doctrinarũ & artium Pro-
feſſoribus, in Academia Hafnien-
ſi Danorum, dominis, patronis,
& pręceptoribus ſuis reuerenter
colendis, hoc reuerentiæ & gra-
titudinis ſuæ monumentum, una
cum ſancta ſalutatione, mittit Io-
hannes Matthias Hoͤin Vuite-
berga, 21 die Auguſti 1554.

BIBLIOTHECA
REGIA
HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

ORATIO FVNE-BRIS.

QVanquam diuturna mea infirmitas Reuerendi uiri, patres ac præceptores colendiſſimi, & ſtudioſi iuuenes fraterno mihi in Domino amore coniuncti, & ſcribendi & dicendi mihi facultatem quodammodo adimit, ac multum impedit me, quo minus aliquid in florentiſſimo hoc doctorum cœtu digne dicere ualeam: Tamen Clariſſimi illius uiri, iam in Domino defuncti, Magiſtri Chriſtierni Morſiani ſingularis humanitas & beneuolentia, multis officijs erga me declarata, Tum & amica noſtra neceſſitudo, qua arctiſſime coniuncti uelut fratres eramus (licet locorum interuallo aliquantulum interciderat) me incitauit, ut pro poſſe meo in piam eius memoriam, & noſtræ amicitiæ monumentum, Orationem de eo funebrem conſcriberem, & coram uobis recitarem. Pi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

um enim & iuſtum eſſe ſtatuo, ut contracta inter homines amicitia, non in uita ſolum, ſed etiam in morte & poſt mortem duret, & bonis teſtimonijs publice declaretur. Nec enim alia ratione demortuis amicis benefacere poſſumus, & noſtram erga eos dilectionem & beneuolentiam declarare, quam pijs & bonis de eis teſtimonijs. Itaq; ut meus erga hunc optimum uirum qui nunc in Domino requieſcit a laboribus ſuis, animus manifeſtetur, non poſſum non in ſanctam eius memoriam, conſcriptam de eo orationem coram uobis recitare.

Si quis autem me temere facere iudicet, quod ego hic hoſpes peregrinus, Cathedram hanc conſcendere auſim, & in conuentu doctorum publico dicere, Is ſciat cuiq; ſtudioſo liberum eſſe, & quemq; mediocriter doctum maxime decere, ut ſi honeſtis cauſis mouetur, in publicis locis & cathedris ſcholarum, animum ſuum oratione oſtendat. Ac ego prætereq; quod iuſtas di-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

ſtas dicendi cauſas habeo, propter ami cum cariſſimum & fideliſſimum quem amiſi, poteſtatem quoq; publice docendi & dicendi a præceptoribus meis habeo. Ac nunc dicendi ueniam a magnifico domino Rectore & cæteris præceptoribus noſtris, quibus reuerentiam & obedientiam debitam præſto, mihi ſtudium meum eis ſignificanti, ſponte oblatam, accepi. Tum & hoc me excuſat, quod cum hic primũ artium elementa guſtauerim, hac ipſa occaſione diſcipulum me & alumnum huius ſcholæ poſſum profiteri, meamque erga reuerendos præceptores gratitudinem & obſeruantiam declarare.

Itaq; reuerendi uiri non dubito quin uos ut præceptores, & ſtudioſi iuuenes ut cõdiſcipuli, Et dicturo mihi beneuolentiam ac humanitatem, & orationi meæ animos prębeatis pios et ſynceros. Præſertim cum de confratre noſtro, & ſcholæ huius profeſſore, uobis omnibus ſicut & mihi cariſſimo, ſermonem ſim facturus, ut nomẽ eius celebre & immortale corpore defun-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

cto, apud nos uigeat, & ipſe ſtudioſis ut uitæ exemplar poſt mortem proponatur.

Anteq̃ autem hiſtoriam uitæ eius pertexã, initio me cogit pius amor erga ſereniſſimum regem & erga patriã, Tum & gratitudo ac reuerentia erga uos colendiſſimi præceptores, pauca in ſcholæ huius honorem præfari. Etſi autem in hoc funebri luctu nequaq̃ poteſt digna uel regis ſereniſſimi laus, uel ſcholæ inſtitui cõmendatio: Tamẽ ad alendam pietatem & excitandam gratiarum actionem ac inuocationem ardentiorem pro Rege, pro regno, pro Eccleſia & ſchola, prodeſt qualiſcunq; huius diuini beneficij commemoratio, quod ſcholam hanc in patria noſtra fecit erigi, per pijſſimum Sereniſſimi regis noſtri Auum Chriſtiernum primum, Et eandem iam iurſus per hunc pijſſimum & optimum principem noſtrum inſtaurari.

Admirandũ profecto hoc eſt in primis Dei beneficium, quo teſtatur q̃ non ſolum uelit ſuam nobis doctrinã

& alias

& alias ſanas diſciplinas cōmunicare, uerumetiam quod apud nos perpetuo uelit habitare, & quaſi perenni conſue-tudine nobiſcum frui in doctrinarum & artium communicatione, ſicuti re-uera ſunt ſcholæ in quibus ſacra do-ctrina & bonæ artes docentur, filij Dei gymnaſia, in quibus multos in ſeipſo Dei filios docentium uoce efficit. Di-cit enim ipſe: Vbicunq; duo uel tres congregati ſunt in nomine meo, in me-dio eorum ſum. Et rurſus dicit in Can-tico: Deliciæ meæ ſunt, eſſe cum filijs hominum. Ac rurſus ait: Ego ero uo-biſcum uſq; ad cōſummationem ſæcu-li. Itaq; in hac ſcholaſtica conſuetudi-ne uiuentes, cogitare debetis, uobiſcū & in uobis eſſe Dei filium, docere uos, regere uos, uobiſcū cum iucunditate colloqui & diſſerere, uos deniq; in mi-litia cœleſti exercere per multarū re-rum intelligentiam, & per doctrinarū ac uirtutum aſſidua ſtudia. Hæc certe beneficia Dei, ita magna, cum ſumma gratiarum actione ſemper meditari & commemorare iuſtiſſimum eſt, Simul-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

que petendum eſt ueris gemitibus cũ diſcipulis, ut in hac poſtrema ueſpera mundi (in qua paulatim dies doctrinarum & uirtutum luce deſtituitur, & declinat in tenebras ueſpertinas) filius Dei nobiſcum maneat, & apud nos inceptum habitaculum figat, uſqȝ dum adueniat, translaturus nos in ſcholam cœleſtem, ubi coram & perfecte intelligamus omnia ſine libris, quæ in hac ſchola ex libris docentium opera didicimus.

Hic uero & præſtantiſſimorũ principum, quorũ opera & induſtria hæc filio Dei ad erudiendos ſibi diſcipulos & nutriendos patri filios, habitatio extructa eſt, inſtaurataqȝ ac etiamnum conſeruatur, prædicanda eſt erga Deum pietas & fides, & erga patriam noſtram beneuolentia & probitas, ac dilectio uere paterna, Tum & erga doctrinarum ſtudia beneficentia & liberalitas, qua abunde docentium & diſcentium cœtus ſuſtentatur, alitur, fouetur, defenditur. Hæc ſunt opera uere regia, non ſolum in Auo ſereniſ-

ſimi,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

ſimi regis noſtri, ſed etiam in patruo eius Iohanne, & patre rege Friderico, qui ſimul in Domino dormiunt, conſpicua.

Maxime uero omnium ex gratia Dei, nunc ea cum omnium uirtutum augmento et decore, in sereniſſimo, piiſſimo, & clementiſſimo rege noſtro, inclareſcunt. Qui parentum ſuorum ueſtigia regia ingreſſus, regnum ſuum non ſolum in pace gubernat, Verumetiam totum regi pacis ſubijcit. Cuius ſe œconomum & ſeruum iudicat, omni cura, ſtudio, & labore, doctrinam & religionē ſacram ſuſcipiens & promouens, & cœtus recte docentium et diſcentium, tam ſcholaſticos quam eccleſiaſticos iuuans, fouens & defendens, & largiſſimis ſumptibus ſuſtentans. Hæc beneficia ſereniſſimi Regis conſiderantes, debemus grati eſſe Deo & ipſi, & aſſiduis gemitibus rogare, ut ſub huius regimine & tutela diu conſeruari poſſit Eccleſia & ſchola, & ipſe diu uiuere, in gloriam Dei & Eccleſiæ ſalutem. Iam enim ipſius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

beneficio inſtaurata , recte floret hæc
ſchola omnium artium liberalium,ſan-
ctarum linguarum, ſanarumq; doctri-
narum uigore, Floret & ampliſſimo
diſcentium numero,Floret deniq; do-
ctrina & uirtute præſtantiſſimis uiris,
quorum opera diſciplinæ omnes recte
propagantur , & diſcentium cœtus in
omnibus bonis pie eruditur.

Horum ex numero cum fuerit hic
clariſſimus uir, qui proxime in Domi-
no defunctus eſt, decet nos omnes pie
& reuerenter ipſius recordari. Quare
nunc, ut celebris eius apud nos uigeat
memoria,pertexam breuiter uitæ ipſi-
us hiſtoriam,Et omiſſis omnibus Rhe-
torum depredicationibus, a patria,pa-
rentibus, genere &c: tantū ea quæ ad
alendam doctrinam & uitæ mores re-
gendos, iuuentuti ſtudioſæ iudicaue-
ro utilia, de tranſacta uita eius ſimpli-
ciſſime narrabo. Et ſi tempus tulerit
ad finem , pro conſolatione noſtra &
informatione ſalutari,aliquot doctrinę
& exhortationis conciones ex ſacra
ſcriptura adiungam.

Primum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

Primum itaqꝫ quod ad uitam huius ſanctæ memoriæ uiri attinet, Eam a prima pueritia pluribus ueſtrum ſatis notam eſſe puto. Quod uidelicet adhuc puer, parentum ſuorum pia oblatione, Deo & bonarum artium ſtudijs conſecratus fuit. Et quoniam ipſe natura fuit amans pietatis, doctrinæ, & uirtutis, dedit ei Deus gratiam & ingenium fœlix, ita ut quod amauit facillime aſſecutus ſit. Siquidem pietas, ſapientia, & uirtus, hæ tres ſorores omnibus ſemper obuiæ ſunt, Et omnibus eas ſerio amantibus a Deo large donantur, cum quotidiano per ſtudia & exercitia incremento. Conſecratus igitur nunc literis, ſtudio & exercitijs ſemper creuit, Ita ut primum exiguo tempore in grammaticis & puerilibus diſciplinæ rudimentis, omnes qui fuerunt in ſchola cum eo, in oppido Nicopolitano, in Morſia (ubi primum literas cœpit diſcere) ſuperarit.

Diligentia igitur & induſtria adiuuante ingenium ſupremus ibi omnium

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

um factus, tandem (ut mihi dictum eſt) in hanc ſe ſcholam triuialem con=contulit. In qua cum aliquot annis adoleſcentiæ calceos triuiſſet, & ſolidiorem Grammaticorum elementorum cognitionem acquiſiuiſſet, Ita ut ſine mendis latine ſcribere & bene intelligere potuerit, ad extremum ſe deponi fecit, & in numerum ſtudioſorum adſcribi.

Ac iam factus ſtudioſus, in pietatis exercitijs aſſiduus, in uirtutum diſciplinis frequens, in doctrinarum ſtudijs diligens ac fidelis, Tum & in uitæ ratione ac morum gubernatione temperans & modeſtus ſemper compertus fuit. In omni quoq; conuerſatione decentem honeſtatem & humanitatem, ac ſanctam pij cordis dilectionem erga omnes, ſermone, geſtibus & factis ita expreſſit, ut merito pro uitæ ſpeculo ipſum omnes ſtudioſi habere potuerint.

Tantarum cum in eo uirtutum lumina, & ſanæ doctrinæ ſtudium, ac in omnibus diſciplinis profectum, Re=

uerendi

uerendi huius ſcholæ præceptores con
ſpicerent, omni eum fauore, ſicut iu-
ſtum erat & pios præceptores decuit,
complexi ſunt, eumq; omnibus modis
promouerunt. Commendarunt ei pri-
mum prouinciam informandi iuuen-
tutem in ſchola triuiali, pie & pruden-
ter iudicantes ipſius operam, quod ad
eruditionem & morum moderationē,
iuuentuti non parum profuturam eſ-
ſe, ſicut & in ueritate multum profu-
it. Deinde cum hoc officio perfun-
ctus eſſet, tribuerunt ei ex ordine gra-
dus doctrinæ ipſius & uirtuti reſpon-
dentes, nempe Bacchalaureatus &
Magiſterij.

Cæterum cum Bacchalaureus fa-
ctus eſſet, quia pie & modeſte ſe geſ-
ſit, & grauitatem uirilem in moribus
oſtendit, magis eum Reuerendi præ-
ceptores dilexerunt, adeo ut ipſum
mox ſuorum conſiliorum participem
fecerint, & Notarium Vniuerſitatis
publicum conſtituerint. Quod offici-
um quam probe, fideliter & pruden-
ter adminiſtrauerit, ipſi uos cariſſimi
præcepto-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

præceptores teſtes eſtis. Dum autem
in hoc officio fuit, propter excellentem
eruditionem & uirtutem cum pietate
& grauitate coniunctam, quæ in ipſo
enituit, ex Decreto publico Vniuer-
ſitatis, gradus ei Magiſterij eſt deſig-
natus.

Ornatus autem iam publico offi-
cio & his gradibus, iam non ſe luxui,
uoluptatibus & libidini dedidit, aut in
ocio uixit, iudicans ſe iſtis gradibus
delitioſam quandam libertatem ade-
ptum eſſe. Sed deinceps multo magis
doctrinarum ſanctarum ſtudijs & pie-
tatis exercitijs inuigilauit, & in omni
uirtutū genere ſe exercuit, ἕξιν earum
acquirere annitens, recte uidelicet
iudicans iſtos gradus eſſe doctrinæ
& uirtutis, non ſolum indicia & or-
namenta, uerumetiam ad eas alen-
di ſtudium incitamenta. Nec uero &
cornua beaniana ſuperbiam & teme-
rariam petulantiam ſemel amputata,
rurſus Thraſonice erexit, de ſuis gra-
dibus gloriatus (ut faciunt ſtulti quos
gloria uexat inanis) Sed ſemper mo-
deſtiſ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

deſtiſſime ſenſit de ſeipſo, Et quanto magis creuit, quantoq; altius euectus eſt, tanto ſe humilius geſſit, & manſuetudinem in omni conuerſatione erga alios oſtendit, ſeq; ipſum infra alios uiliorem reputauit.

Propter hanc humilitatem & manſuetudinem (quæ uirtutes Deo ſunt gratiſſimæ, & ſemper gloriæ præmijs ornantur)dedit ei Deus maiorem gratiam, & docendi egregijs donis eum ornauit. Cœpit itaq; ex conſilio & ſuaſu præceptorum, eruditionis ſuæ ſpecimen ædere prælegendo priuatim. In quo munere cũ fœliciter procederet, petijt publico Notarij officio priuari, ut liberius ſine moleſtijs, doctrinarum ſtudijs & legendi exercitijs poſſet uacare: Quam ſuam petitionem & obtinuit, ut in ſalutaribus ſtudijs & exercitijs magis poſſet proficere ad Eccleſiæ utilitatem & ædificationem.

Cum autem iam in hoc priuato legendi exercitio adhuc uerſaretur, nobiles duo fratres ex clariſſima Bildorum

rum familia, a ſtrenuo ipſorum patre D. Nicolao Bilde equite aurato, ipſi ad informandum ſunt commendati, ut cum eis in Galliam proficiſceretur. Quam prouinciam ſine omni recuſatione perlubens ſuſcepit, eo quod non ſolum excellentiorem uariarum artium ipſe ſitiuit cognitionem, uerumetiam peregrinæ nationis peragratione, & multarum rerum experientia uirtutem ſtuduit alere & prudentiam. Quod ſuum propoſitum & fœliciter abſoluit, & poſt triennium huc rurſus rediit, maiore & doctrinarum & uirtutum decore ornatus. Suamq; ſicut iuſtum erat patriæ operam detulit, cupiens aliquid ex recondito ſapientiæ Theſſauro aliis cõmunicare, & docendo aliquem fructum facere.

Cum igitur Profeſſorum hic numerus eſſet exiguus, quoniam ipſe doctrina & uirtute una cum pietate præſtans fuit, communi conſilio, conſenſu & ſuffragio reuerendorum præceptorum huius ſcholæ, Profeſſor artium

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

um delectus & deſignatus eſt. Ac poſt Grammaticã, Dialectica ipſi profeſſio eſt commendata, quam & uſq; ad mortem obtinuit. Quomodo autem in hoc officio uixerit, quantam in docendo diligentiam & fidem præſtiterit, quantoq; cum fructu ſyncere, fœliciter, & perſpicue docuerit, uobis omnibus magis quam mihi ſatis eſt manifeſtum, mihi tamen aliqua etiam ex parte compertum.

Vita item eius quam fuerit ſancta & honeſta, ſatis omnes qui aperire ora poſſunt, et eum nouerunt, teſtificantur. De beneuolentia, beneficentia & humanitate eius erga pauperes, & præcipue literatos, omnes pauperes ſcholaſtici qui conſilium & auxilium ab eo petierunt, optimum teſtimonium ferunt. Deniq; erga omnes homines beneuolentiam & humanitatem, ex uero dilectionis affectu omni officiorum genere declarauit. Et in omni conuerſatione pietatem, probitatem, manſuetudinem, modeſtiam & hone-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

ſtatem, ſermone & geſtibus oſtendit. Ita, ut uere huius ſcholæ, tam in doctrina quam uita, non exiguum ſapientiæ & uirtutum lumen fuerit, quod ita publice coram omnibus luxit, ut audientes & uidentes eum, uere glorificare potuerint Patrem qui in cœlis eſt, qui tale & ſimilia ac etiam præſtantiora huic ſcholæ lumina clementer tribuit.

Sed proh dolor magna ingratitudo noſtra & grauia peccata hoc efficiunt, quod talia lumina nimis præmature abripiuntur. Meminiſtis ante aliquot annos mortem ſanctiſſimi et doctiſſimi D. Ioannis Siningij, cuius piam & perpetuam memoriã ſemper in hac ſchola uigere iuſtum eſt, cuius & quoties recordamur, debemus merito dolere. Siquidem is non ſolum firmum Eccleſiæ Chriſti fulcrum, ſed etiam præclariſſimum Euangelicæ lucis lumen in doctrina & uita fuit, & in ſchola hac ſacram doctrinam artium bonarum nitore fœliciſſime illuſtrauit & exornauit, non ſine magno auditorum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

ditorum fructu. Eius ſane interitus (quanquam cum Deo nunc beatus uiuit) grauem Eccleſiæ quam ipſe fortiter in uita ſua ſuffulſit ruinam, Tum & in hac ſchola Theologicæ facultati magnum attulit diſpendium: Quanquam ea Dei beneficio etiamnum fructuoſe uiget.

Quam præterea multos alios ſacræ doctrinæ ſanctarumque artium Magiſtros & ſtudioſos, his proximis annis exiguo tempore hæc ſchola amiſerit, ipſi melius nouiſtis quam ego. Iam nuper ipſo die paſchæ uirum pium & doctum Mathematicæ diſciplinæ profeſſorem, in Domino defunctum ſepeliistis. Eius equidem mortem credo portendere ſacratiſſimæ iſtius artis de motibus corporum cœleſtium extinctionem in hac ſchola, eo quod a pleriſque deſpicitur, Cum tamen Deus ipſe iuſſerit, ut corpora cœleſtia aſpiciamus, & poſuerit ea nobis in ſigna & tempora, dies, menſes, & annos, Cumque eius cognitio ad ueram Dei agnitionem, & ad confirmandam fidem

de diuina prouidentia, ſumme utilis & neceſſaria ſit. Spero autem Dei beneficio, ſereniſſimi Regis liberalitate, & reuerendorum præceptorum auxilio & conſilio in primis recuperatam iri.

Nec præterire poſſum pijſſimum & optimum uirum Magiſtrum Georgiũ Præſtonium, qui Rector fuit Cantorum Regiæ M. in arce, & in arte Muſica præſtantiſſimus, a quo & ego elementa aliquando Muſica percepi. Eius ſane obitus quid aliud deſignare uidetur, quam id quod in Eccleſiaſte ſcribitur: Obmuteſcent omnes filiæ cantici. Vbi non ſolum de cuiuſq; hominis, ſed etiam ſpiritualiter de totius mundi ſenectute loquitur. Ac ijs uerbis ſignificat, in extremis temporibus cantica cœleſtia, pſalmos & hymnos, & omnes ſuaues in laude Dei unanimitatis concentus deſituros eſſe.

Iam & hoc præclarum doctrinarũ & uirtutum lumen (qui iſta Elementa eſt profeſſus, ſine quibus neque recte docere, neque diſcere homines poſſunt)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

ſunt) extinctum eſt ex hoc mundo, ful
get autem & fulgebit in extremo die
cum omnibus ſanctis in regno Dei, ra-
dijs æterni Solis Ieſu Chriſti irradia-
tus, cuius & a lumine nomen habet,
quo etiam in hac mortali uita ipſe
ſplenduit. Huius certe interitus hoc
deſignare uidetur, quod breui omnis
recte docendi & diſcendi ratio in hac
ſchola intereat, niſi per ueram pœni-
tentiam, & aſſiduam orationem ira
Dei mitigetur, & imminentes pœnæ
auertantur.

Hoc autem non ita dico, quaſi alij
ſine ipſo docere non poſſint, aut poſt
ipſum docendi ratio eſſe nequeat: Sed
iuuentutem præmoneo, ut conſidera-
tis his exemplis, cogitent grauiſſima
pericula nobis impendere, Et uerean-
tur ne uos Reuerendiſſimi præcepto-
res (qui doctrinarũ & uirtutum præ-
clariſſima in hac ſchola lumina fulge-
tis, & dextre ac ſyncere perſpicueque
ſacrarum literarum, & bonarum arti-
um dogmata, cum copioſo & ſalutari
fructu docetis) præmatura ipſis mor-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

te eripiamini, aut alio fugere cogamini (Seruet autem & tueatur uos diu in gloriam ſuam, huius ſcholæ ædificationem, & Eccleſiæ ſuæ ſalutem, benignus Deus Pater noſter, per dilectum filium ſuum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum:) Vel quod hic florens docentium & diſcentium cœtus, qui modo congregatus eſt, ſubita morte abripiatur, aut rurſus diſſipetur & tandem funditus intereat.

In his autem cariſſimi o utinam non uerus uates ſim, quod quidem uitæ ueſtræ pietate & moderatione ac uera pœnitentia & aſſidua oratione uos efficere poteſtis. Hoc autem ueriſſimum eſt, talium uirorum immaturam mortem, quorum beneficio lumen doctrinæ & uirtutis mundo diuinitus ſuppeditatur, magnum ſignum eſſe iræ Dei aduerſus peccata, quo ſignificare uult Dominus, auferre ſe lucem, ut homines lucem lucentem ſpernentes, & ſecundum cœca cordis praui deſideria in peccatorum tenebris ſecure am-

re am-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

re ambulantes, luce tandem priuati in tenebras errent exteriores, Et ne iuſti inter peccatores uiuentes peccatis inquinentur, aut uenturas ſuper peruerſos peccatores uideant & ſentiant calamitates.

Notæ equidem ſunt conciones & paſſim in ſcripturis frequentes, de cauſis, propter quas ſancti præmature ex hoc mundo auferuntur. In libro Sapientiæ capite 4. illuſtris concio extat, qua Spiritus ſanctus omnes iuſtos aduerſus mundum in integritate uitæ armat, & aduerſus mortis formidinem conſolatur, & peccatores ad pœnitentiam inuitat. Verba autem ipſa quia admodum ſuauia ſunt, & diuini Spiritus uirtute plena, recenſebo, Quia uero perſpicua, non prolixe interpretabor. Sic dicit ſapiens: Iuſtus ſi morte prꝯoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim uenerabilis eſt, non diuturna, neq; annorum numero computata. Cani autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis uita immaculata, Placens Deo, factus dilectus, & ui-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

uens inter peccatores translatus eſt. Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, aut fictio deciperet animã eius. Faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona, et inconſtantia cõcupiſcentiæ peruertit ſenſum ſine malitia. Conſummatus in breui expleuit tempora multa, placita enim erat Deo anima illius, propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. Populi autem uidentes, & non intelligentes, nec reponentes talia in pręcordijs &c.

Videte cariſſimi, hæc ſuauiſſima concio, prætereꝗ̃ quod omnes ſanctos aduerſus formidinem mortis conſolatur, Et eum bono ſenio confectum eſſe oſtendit, qui hic ſenſibus mentis integer fuit, & uitam ſuam abſq; uoluptatum & ſcelerum macula, in pietate, iuſticia, honeſtate, temperantia, & caſtitate tranſegit: Recenſet etiam cauſas, propter quas talis ſapientiæ & uirtutum ſenex præmatura morte abripitur. Dicit cauſam eſſe Dei gratiam & dilectionem, qui eum transfert a

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

conſuetudine peccatorum in lætam conſuetudinem ſanctorum, Et ideo eum abripit, ne uel malitia mundi per- uertatur & corrumpatur, uel hypo- criſi & fraude decipiatur. Ac mala triſtiſſima, quæ communiter in hac ui- ta accidunt, recenſet.

Vocat faſcinationem nugacitatis quæ bona obſcurat, falſa & uana dog- mata, praua & inania colloquia, futiles & ſpurcos ſermones, acres uerborum concertationes, & omnes diſputatio- num ac altercationum præſtigias, qui- bus lux fidei & dilectionis extingui poteſt, & homo a bono quod uerbo Dei conſonum eſt auerti, & tenebris malitiæ repleri.

Alterum malum uocat inconſtan- tiam concupiſcentiæ, quando quis ani- mo inſtabili nunc illud, nunc aliud uo- luptuoſe deſiderat. Et hæc in genere triplex eſt, uidelicet concupiſcentia carnis, qua inordinate cibus & potus uel ad uoluptatem uel ad ſuperfluita- tem appetitur, Aut ſocietas epicurea in uoluptatibus uiuens amatur, Aut

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

cum Venerea uoluptas concupiſcitur. 2. Concupiſcentia oculorum quæ proprie auaritię nomine deſignatur, Auari enim ſemper inſatiabilis eſt oculus, & quicquid uidet deſiderat. 3. Concupiſcentia eſt faſtus uitæ ſeu ſuperbia, qua quis gloriam, dignitatem, potentiam, & ſplendorem, ſupra alios exoptat, ut ipſis præferatur. Hæc tria concupiſcentiæ genera diuus Iohannes dicit eſſe in mundo, quibus plurimi ſine ſenſu acerbitatis & doloris, ſuauiter alliciuntur & trahuntur, donec prorſus ſenſibus & animis a Deo peruertuntur &c.

Aduerſus hæc igitur mala dicit in hac concione ſapiens: Præmaturam mortem eſſe pijs bonam, & propterea Deum quos diligit præpropere educere de medio iniquitatum, quibus totus pene plenus eſt mundus teſte Apoſtolo: mundus totus in maligno poſitus eſt. Addita autem in fine eſt quærela de hominum cœcitate, ignorantia & prauitate, qui quanquam uident iuſtos auferri, Tamen non intelligere

ſtudent

ſtudent Dei conſilium, ſed mentis cœ-
citate pergunt errare in ſuis tenebris
& beſtualibus uoluptatibus. Nec mo-
uentur cordis affectibus ſeu ullo dolo-
re de ſanctorum interitu & ablatio-
ne, ſeu aliјs ueræ pœnitentiæ motibus,
ut conuertantur ad Dominum, & ui-
tam emendent, & uiuant cum eo in
Chriſto Ieſu, Cum tamen talibus ex-
emplis omnes ad pœnitentiam benig-
nus Deus inuitet.

Heu heu cœcitas deploranda, Heu
prauitas deteſtanda: Iuſtos & nos au-
ferri uidemus, & pręceptores ſalutares
pręmature abripi, ſed diuinū conſilium
conſiderare, & pœnitentiā de peccatis
noſtris agere, ac diuinā miſericordiam
& gratiam aſſiduis gemitibus implo-
rare ſpernimus & contumaciter recu-
ſamus. Secure in peccati tenebris am-
bulamus, libidini & uoluptatibus in-
dulgemus, dogmata ſacra faſtidimus,
Cariſſimos præceptores (quos ſpiri-
tuales parentes nobis donauit Deus)
magis contemnimus, quam debita re-
uerentia & obedientia honoramus. Iu-

ra etiam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

ra etiam & ſancta præcepta, ac pia maiorum monita contumaciter uiolamus, & de die in diem peccata ſuper peccata cumulamus, adeo ut uerendum ſit, ne nimis nunc ſera ſit pœnitentia noſtra.

Hæc multitudo iniquitatum noſtrarum, uere cauſa eſt mortis multorũ ſanctorum, & præcipue præceptorum noſtrorum, tum & grauium onerum, laborum, infirmitatum ac moleſtiarum & calamitatum, quibus ſæpiſſime præceptores noſtri & alij ſancti corripiuntur. Quia enim principalia Eccleſiæ Chriſti membra ſunt, & nos in humeris ſuis, imo in uiſceribus geſtant, omnium noſtrum profectum & ſalutem deſiderantes: Ideo & peccatorum noſtrorum grauia onera portant, & pœnas nobis debitas ſuſtinent. Sicuti manifeſte de ſe beatus teſtatur Apoſtolus, inquiens: Nos infirmi propter uos, uos autem fortes in Domino. Item: Quis uritur, & ego non uror? quis affligitur, & ego non crucior? Et nota ſunt exempla omnium

ſancto-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

ſanctorum Prophetarum & Apoſtolorum. Sed in his recitandis nolo tempus terere, cum quotidiana nobis ſint in conſpectu, & quidem talia, quæ mouere nos multum & poſſunt & debent.

Intuemini quæſo hic Reuerendum D. Epiſcopum noſtrum, qui principale fulcrum eſt non ſolum huius Eccleſiæ, uerumetiam totius huius prouinciæ, imo & uniuerſi huius regni. Is quantis laborat his proximis annis infirmitatibus? quantis debilitatur tentationum & ærumnarum oneribus? quanta ſuſtinet difficilia certamina? quantis ſępius ad Deum ingemiſcit lacrymis & ſuſpirijs? In his nimirum omnibus diuinitus nobis ut ſpeculum & imago proponitur, quem intuentes poſſimus Eccleſię & patriæ noſtræ, noſtraſq; proprias contemplari infirmitatum, ærumnarum & luctuum conditiones, quas nimirū ipſe in ſe ſuſtinet, ut eas nobis in imagine repreſentet, ſi forte ipſius exemplo & nos ad ueram pœnitentiam & Dei timorem excitemur,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

temur, & humiliter opem nobis, pa-
triæ noſtræ, & Eccleſiæ imploremus.

Vidiſtis ante duos dies Reueren-
diſſimum præceptorem noſtrum, &
ſacroſanctæ Theologiæ ſynceriſſimum
Doctorem D. Iohannem Machabæ-
um, inter prælegendum grauiſſima
infirmitate correptum eſſe, adeo ut le-
genti & ſacra dogmata ſermonis fa-
cundia illuſtranti, uerbum exciderit,
Ipſeqꝫ grauiter debilitatus, nec pedi-
bus ualuit conſiſtere uel ire. Sed Dei
beneficio priſtinæ eum ualetudini ali-
quo modo reſtitutum, debemus meri-
to omnes gaudere, & ueras Deo gra-
tias agere, ardenterqꝫ rogare, ut eum
in bona ualetudine, diu nobis & Eccle-
ſiæ ſuæ ſeruet incolumem, ad illuſtra-
tionem gloriæ & nominis ſui, Amen.

Deniqꝫ & sereniſſimi Regis noſtri
exemplum inſpicite, qui patriæ no-
ſtræ pater eſt, & ſcholæ huius Anti-
ſtes & inſtaurator, & totius cleri be-
nigniſſimus fautor, & diuinæ religio-
nis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

nis fideliſſimus tutor & conſeruator. Hic quantis ſingulis propemodum annis corripitur infirmitatibus? Et nunc quanto etiamnum longo tempore detinetur morbo, adeo ut nullæ in ipſo uires & nulla membra, ſuis ſatisfacere queant officijs? Et quod Deus clementer auertat, audimus nunc certum ipſi mortis imminere interitum. Sed per gratiam Dei ſperemus meliora, & filium Dei ardenter oremus, ut ſalutarem nobis principem diu ſeruet ſuperſtitem, propter gloriam nominis ſui & Eccleſiæ ſalutem, Amen.

Cęterum uos ſtudioſi iuuenes propter Chriſtum exhortor, ut hæc lugubria exempla paulo altius conſideretis, quid ſibi uelint, quare nobis proponantur. Nimirum ſigna ſunt iræ Dei aduerſus multiplicia peccata noſtra, quibus tamen nos ad Dei timorem & inuocationem inuitamur. Domini Epiſcopi infirmitas, anxietas, & aſſiduus gemitus, uere Eccleſiæ quam geſtat, & fidelium miniſtrorum quos re-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

preſentat, laborem, miſeriam, & militiam deſignat. Quod autem Reuerendo præceptori docenti ſermo exciderit, ſignum eſt ſanæ doctrinæ uocem propter contemptum & ingratitudinem, breui deſituram hic eſſe niſi pœnitentia agatur. Denique quod uires regi noſtro ademptæ ſunt, maxime in pedibus, quo minus ſtare uel ambulare poſſit, ϛάσιν Regni huius & regiminis Chriſtianam, breui ruiturã eſſe figurat, niſi diuina benedictione fulciatur, & aſſidua pietate ac inuocatione Dei erigatur.

Sed nolo ulterius in commemoratione horum exemplorum morari, ne prolixitate nimia tedio uos afficiã. Ad inſtitutam igitur materiam de cauſis mortis piorum redeo: Et hoc tantum dico, quod ſancti ex hac iniquitatum & miſeriarum ualle ideo citius tolluntur, non ſolum ne peccatis mundi inquinentur, ſed etiam ne uenturis ſuper peccatores calamitatibus turbentur.

De hoc enimuero illuſtris concio extat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

17

extat apud Eſaiam cap. 57. ubi ſic ait: Aufertur Iuſtus, & non eſt qui recogitet in corde ſuo, Et uiri miſericordię recolliguntur, quia non eſt qui intelligit. A facie enim malitiæ collectus eſt iuſtus. Veniat pax, & requieſcat in cubili ſuo, qui ambulauit in directione ſua &c. Et poſtea in eodem capite recenſet grauia peccata, malitiam, idolatriam, fornicationem, adulterium, carnalem uoluptatem, ſuperbiam, perſeuerantiam in omni malo. Et his peccatis grauiſſimis, inſanabiles & æternas pœnas comminatur, poſtquam pij ex hac iniquitatum & calamitatum ualle abrepti fuerint, ut in pace requieſcant in cubili ſuo, quod eſt ſepulcrũ. Mors enim ſanctis omnibus non mors eſt, ſed ſuauis ſomnus, ſicut uocat eam Saluator Iohannis 11, Lazarum reſuſcitans, & alibi: Quo ſomno, non ſolum a moleſtijs & laboribus huius uitæ in pace requieſcunt, ſed etiam ab omni inordinata diſpoſitione corruptæ naturæ innata, & a fuligine ac immundicie & prauitate peccati expurgan-

tur, ut tandem corruptione carnis ex-
uti, in reſurrectione ſanctorum ſine corruptione & macula, & in regno Dei perfecti & glorioſi appareant, ſuauiſſimo Dei conſpectu cui hic ſeruierunt, in lætícia ſempiterna fruituri.

Conſimilis eſt & omnibus pijs aduerſus mortem & huius uitæ erumnas conſolatoria, omnibus uero ſecuris, impijs, & in uoluptatibus ac peccatis uiuentibus terribilis concio Eſaiæ 26. ubi ſic dicitur: Vade popule meus in cubicula tua, & claude ſuper te oſtia tua, Abſcondere ad momentum, donec pertranſeat ira. Ecce enim Dominus egredietur de loco ſuo, ut uiſitet iniquitatem habitatoris terræ contra ipſum.

Videte hic cariſſimi, iubetur populus Dei intrare in cubiculum pacis moriendo, & claudere oſtium, humo uidelicet claudente ſepulcrum mortui, & ad momentum abſcondi ſcilicet per reſolutionem corruptæ maſſæ, idque tempus ad iudicium extremum,

tantum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

tantum eſt exiguũ momentum. Cau-
ſa autem quare auferuntur hinc ſancti
hæc manifeſte ſignificatur, ne ſentiant
iram Dei & grandes calamitates, qui-
bus affligendi ſunt impij. Dicit enim
Deum egreſſurum ex ſede ſua, in qua
æterna requie, beatitudine, & læticia,
in ſeipſo abundat, ſine omni ira, Vt
peccatorum grauitate iratus factus,
iuſte uiſitet calamitatibus & pœnis
iniquitatem habitatoris terræ, id eſt,
peccata omnium eorum, qui tantum
hic habitationem figunt, & in ciuitate
cœleſti nihil ædificant: Qui tantum
terrena ſapiunt, & cœleſtia non capi-
unt: Qui etiam tantum terrenis rebus
inhiant, ac terreſtribus uoluptatibus
indulgent, cœleſtia autem gaudia neq;
quærunt neq; percipiunt &c.

Ex his & ſimilibus concionibus ca-
riſſimi, ſatis eſt manifeſtum, homines
pios & iuſtos, propter has cauſas ci-
tius hinc ex diuina benignitate eripi,
ne uidelicet in peccatorum conſortio
uiuentes, mala eorum conſuetudine
corrumpantur, aut peccatorum labe

inficiantur, Neue cum Deus iuſto iu=
dicio peccata pœnis & calamitatibus
uiſitet, Ipſi cum iuſti ſint ac boni, &
omnium ſalutem uelint, ſe ex dilectio=
nis affectu & commiſeratione aliјs ad=
iungentes, in calamitatibus eorum iu=
ſtis, ipſi innocentes participent.

Nos igitur hoc conſiderantes cariſ=
ſimi, admiremur diuinam iuſticiam &
bonitatem: Et cum nunc uideamus
paulatim eripi a nobis eos qui pietate,
iuſticia, honeſtate, manſuetudine &
doctrina præſtant, quorũ & opera nos
debebamus ſalutariter erudiri, Tum
& eos qui modo uiuunt ſæpiſſime do=
loribus, anxietatibus, infirmitatibus,
& calamitatibus, non leuiter opprimi
& turbari: Cogitemus nos tantorum
malorum cauſas eſſe, & doleamus ex
animo de noſtra corruptione, ſecurita=
te, uoluptatibus, & peccatis, & expa=
uefcamus iram & iudicium Dei, & im=
pendentes nobis pœnas aſſiduis gemi=
tibus & orationibus, nec non & uitæ
ſeria emendatione, ac moderatione
iuxta

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

iuxta uerbum Dei lenire & auertere non deſinamus.

Oremus itaq́, ut cum nunc hoc præclarum lumen ex hac ſchola nobis eripuerit, non prorſus artium & uerbi ſui lucem ſimul extingui ſinat, ſed in ira miſericordiæ ſuæ recordetur, & uiuentes adhuc præceptores diu nobis ſanos & incolumes clementer conſeruet, in gloriam nominis ſui & Eccleſiæ ſalutem, Ac in locum eorum quos abſtulit alios (ſi ita dignetur) æque pios & bonos nobis donet, Ac in uniuerſum omnes iræ ſuæ pœnas a nobis benignus auertat, noſq́ ſimul omnes ſeruet ac tueatur, & Spiritu ſancto ſuo regat in ſanctitate & iuſticia, ut ambulemus in uera directione cordis, & omnia carnalia uitia ac facta mortificemus, Et in pacientia, ſpe, fide, manſuetudine & dilectione, cum inuicem uiuamus, ac nobis inuicem quæ decet mutua officia præſtemus, Et in ueritate cœleſti nos uniamus, ut uere unum ſimus & permaneamus in Ieſu Chriſto filio Dei, ſicut ipſe nos in ſeipſo

 uniuit.

B. U. H.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

uniuit, unumq́ʒ eſſe mandauit. Ac ut cum ex hoc mundo abituri ſumus, exitus noſter ſit lætus & ſalutaris, Et nos donec anima in nobis eſt, id conſtanter credamus & confiteamur, quod hic cariſſimus frater noſter, qui modo in Domino dormit, in lecto infirmitatis ſuæ ſæpius dixit, interrogatus quid cogitaret; Cogito inquit de eo, qui me miſerum peccatorem precioſo ſuo ſanguine de morte redemit. Et rurſus cogito de eo, qui a mortuis reſurgens uitam omnibus ſuis attulit. Et iterum interrogatus reſpondit: Cogito de æterna beatitudine & ſuaui conſuetudine Dei, & omnium ſanctorum in cœlis.

Det autem nobis Dominus noſter Ieſus, ut in omni uita noſtra, in infirmitatibus, & mortis hora hæc tria ſemper cogitemus, credamus, & confiteamur, ut hinc egreſſi, cum hoc confratre noſtro, refrigerium pacis habeamus, & in extremo die cum ipſo & omnibus ſanctis, puri & glorioſi appareamus, ſuauiſſima ſimul Dei conſue-

tudine

H.U.H

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

tudine fruituri, Eumq; cum Angelicis choris indeſinenter celebraturi in lætitia ſempiterna, Amen.

DIXI.

SEQVVNTVR EPITAphia ſcripta in ſanctam memoriam huius & aliorum clariſsimorum uirorum, quorum in hac oratione fit mentio.

Primum de ſanctæ memoriæ uiro D. Doctore Ioanne Siningio, Magiſtri Petri Parui Roſefontani, Ordinarij Profeſſoris in Academia Haffnienſi.

Mortuus eſt D. Ioannes Siningius, poſt triduanam egrotationem II. Kal. Decemb. inter horam 7. & 8. ante meridiem, Ac poſtridie eius diei hora 2. pomeridiana, honorificentiſsime ſepultus, in templo diuæ Virginis, Haffniæ, Anno Christi 1547.

Optime & maxime de re publica apud Danos literaria, deq; germana pietate & religione, merito. D. Ioanni Siningio, primum ſub Vuitebergenſibus Doctoribus condiſcipulo, inde mox collegæ, ad extremum præceptori: Petrus Paruus Roſefontanus, ueteris neutiquam officij immemor, extremum hoc munus offert:

I.

Sinnigij iacet hic quicquid mortale, beata
Mens in conſpectu gaudet habere Deum.

Diſticon, ad Lectorem querulum.

Quid quereris celeri raptum nece? quid lamentis
Indulges? bona mors eſt inopina bonis.
Mors inopina bonis prodeſt, non officit ulli,
Ni mala præceßit, uita nocere nequit.

Aliud.

E medio quereris ſublatum qui cito? tandem
Ceßa, heus nil longum eſt, poſt moriture uale.

Aliud Coriambicum.

Satis diu uixit, qui uixit bene.

Si cui ſancta fuit uita & amabilis,
(Hæc quamuis fuerit tempore perbreui
Tranſacta, & miſeris rapta ſodalibus)
Sat uixit ſibi, ſat uixit amiculis,
Vixit ſat patriæ. Neſtoris inclyti
Virtutem anticipans, temporis ampliter
Diffuſi, exuperat triſta ſecula. autogr. exuperat ſæcla labentia.
Nam linquens citius ſecla cadentia,
Sæcla hæc armiſonis fœta furoribus,
Secla hæc blandiſonis ficta fauoribus.
Secla hæc ſpendidulis turgida honoribus.

Seclis

Seclis perfruitur iam ipſe perennibus,
Seclis aureolis, pax ubi candida,
Seclis tota ubi adeſt laurea gloria,
Quam dat munificus, ſola fidelibus
Qui uita eſt, Deus, ac unica gloria.

Seclis ubi tota abeſt blandiloquentia. autographi.

Eiuſdem Roſefontani in mortem M. Georgij Præſtonij, Muſici & Cantoris Regij.

Muſas qui coluit, qui Muſica plectra ſonora
Voce canens, modulos Regibus uſq; dedit.
Heu tacet, & iacet hic cantor Præſtonius, ille
Cantor, qui dulces ædidit ore ſonos.
Voces qui potuit manſuris tradere cartis,
Quas in delitijs muſicus omnis habet.
Proh dolor en manet hic uiridi ſub ceſpite Cantor,
Marmore ſed pario dignior ille tegi.

Monoſticon eiuſdem.

Alligat una omnes mortales lex moriendi.

Idem uerbis aliter tranſpoſitis.

Lex moriendi omnes mortales alligat una.

Paulus Apoſtolus.

Statutum (inquit) eſt omnibus hominibus ſemel mori.

Petrus paruus Roſefontanus amico & affini mœrens poſuit, Haffniæ 1553.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

ALIA EPITAPHIA SCRIpta à Iohanne Matthia Hoino.

In mortem Clariſſimi & ſanctiſſimi uiri D. Doctoris Ioannis Siningij.

Carmina ſi poſſent doctum reuocare Siningum,
Nunquam ceſſarent carmina noſtra loqui.
Donec enim uixit doctrinæ ſemina ſparſit,
In quibus æterni lucet imago Dei.
In ſancto erudijt populum ſermone fidelem,
Plantauitq; ſacram cum pietate fidem.
Diſtribuit populo cœleſtis munera uitæ,
Munera quæ Chriſtus diſtribuenda dedit.
Per quæ cœleſti ſibi iungit amore fideles,
Efficit hos uitæ participeſq; ſuæ.
Tradidit & nobis ueræ documenta ſalutis,
Illuſtrans miris dogmata ſacra modis.
Doctrinis ſacris, linguis quoq; & artibus ipſe,
Clarus in hac fulſit uoce docente ſchola.
Cuius in ore Dei ſonuit ſua dogmata gnatus,
Irradians mentes uoce ſonante pias.
In ſumma, uox huius erat uirtute referta,
Quæ poſt defunctum corpus, in orbe ſonat.
Defuncti in nobis loquitur uox uiua Siningi,
Cum uolumus uerbum Chriſte ſonare tuum.
Cũ loquimur linguis, cũ carmina ſcribimus, aut cũ
Diſſerimus, docti uox ſonat uſq; uiri.

Non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

Non ſecus ac clari uox docta ſonare Philippi,
Omnibus & terris nota uolare ſolet.
Deniq; ſi uitam ſpectes, uirtutis imago
Integra propoſita eſt, conſpicienda tibi.
Ad Chriſtum pietas in uero fulſit honore,
In precibus multis, ac in amore ſacro.
Iuſtificæ fidei mores quoq; iunxit honeſtos
Conſcia ſic recti mens ſine labe fuit.
Officij quodcunq; genus præſtare ualebat,
Omnibus his omni tempore promptus erat.
Ipſius officio lites ſunt ſæpe ſolutæ
Omnibus & ueræ pacis adauctor erat.
Inſuper & multos extrema in morte iacentes,
Eſt ſolitus uerbo uiuificare ſacro.
Ipſe ſed heu nunc ecce iacet defunctus, at eius
Spiritus ætherea uiuit in arce Deo.
Ac dulci fruitur nunc conſuetudine Chriſti,
Lœtus & angelicis concinit uſq; choris.
Sed quia præſentem nunquam reuocatur in orbem,
Si uel perpetuo carmina noſtra ſonent.
Hunc ipſi extremum lugubri carmine honorem,
Muſa ferens, ceßat carmina plura loqui,
Et gemitu ardenti tacite ſuſpirat ad illum,
Cuius in aſpectu uita perennis erit.

Iohannes Matthias Hoin, Reuerendo
Præceptori ſuo, D. Ioanni Sinngio, hoc
extremum graditudinis ſuæ monumentum offert.

Idem

Idem Iohannes de morte Magriſti Ge-
orgij Præſtonij Regij Cantoris.

Temporibus lætis qua cantica læta ſonatis
  Dulciſonam muſæ frangite quæſo Lyram.
Linquite & harmoniæ dulciſsima cantica ueſtræ, et
  Carmina lugubri dicite plena ſono.
Muſarum nam cultor abeſt præſtonius, ille
  Cantor qui cecinit cantica grata Deo.
Qui potuit cantu ſummum oblectare parentem,
  Ac hominem irato conciliare Deo.
Qui potuit regno regis renouare fauorem,
  Quando ſuæ uocis cantica grata dedit.
Qui potuit curas hominum & lenire dolores,
  Diſcordeſq; animis conciliare uiros.
Deniq; qui potuit grato modulamine cœtum
  Vnanimem in uero conſociare Deo.
Et potuit cœtum moderari uoce canentem,
  Cantio ut unamini uoce ſonora foret.
Et potuit iuſtis menſuris ſcribere uoces,
  Concentu dulci quæ ſonuere ſimul.
Hic licet extinctus tacet, & requieſcit in humo,
  Attamen in cœlis nunc canit uſq; Deo.
Illius & nobis uocum monumenta relicta,
  Hoc eius laudes ſemper in orbe ſonant.
Ecce ita defunctus uiuit ſine morte perennis,
  Et mortis uictor Cantor ad aſtra redit.

Aliud

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

ALIVD DE MORTE, M. Iohannis Suennonis, Mathematici profeſſoris in Academia Hafnienſi.

Ecce Mathematica perdoctus in arte Magiſter,
Iohannes Suenno morte peremptus obit.
In rebus qui multa uidens miranda creatis,
Propoſuit noſtræ dogmata clara ſcholæ.
Orbes cœleſtes, ſtellas, & ſydera nouit,
Quid faciant motu lumine quidue ſuo.
Quo poſitu uarient quocunq; in cardine cœli,
Aſpectu uires, tempore quoue ſuas.
Hæc inquirebat, ſana hæc quoq; mente docebat,
Hoc ſtudio in uita nec ſine fruge fuit.
Illius eſt ópera ſtudioſa edocta iuuentus,
Quas motûm uires quilibet orbis habet.
Et fuit in uita ueræ uirtutis imago,
Cuius ad exemplum uiuere quiſq; poteſt.
Sed præmatura raptus quia morte receſſit,
Nunc nobis iuſtus debet ineſſe dolor.
Debet & in nobis ſtudium pietaſq; uigere,
Eius ne pereat cum pietate labor.
Semper at in nobis uires acquirat, ut ipſe
Mortuus, & nobis uiuat, & uſq; Deo.

Aliud

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

Bl. 23a

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

Bl. 23b

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

ALIVD IN PIAM MEMO-
riam huius optimi uiri Ma. Chriſtierni Morſiani, Decani facultatis artium.

Studioſæ iuuentuti.

S. D.

Quotquot muſarũ colitis ſacra dogmata fratres,
Cum nobis triſtes ædite quæſo ſonos.
AEdite cum gemitu modo triſti a ſigna dolorum,
Namq; elegos triſtes tempora noſtra petunt.
Ecce ſacri cœtus qui Chriſti dogmata diſcit,
Vi rapida mortis fortia fulcra ruunt.
Ac doctrinarum & uirtutum lumina nobis
Heu præmaturè mors uiolenta rapit.
Sic modo Chriſtiernum rapuit, qui lucida ſtella
In cœtu Chriſti nomine req; fuit.
Morſia quem genuit, de qua cognomen habebat,
Inq; ſchola hac qui nunc arte Magiſter erat.
Claruit hic Chriſti uero fulgore ſalutis,
Virtutum & nitido lumine clarus erat.
Et doctinarum radijs ſic fulſit amænis,
Vt nitet in celſo candida ſtella polo.
Hunc nos ergo uirum qui fulſit lumine Chriſti,
Vnde etiam ſanctum nomen adeptus erat.
Hunc præmatura deflemus morte peremptum,
Atq; dolor iuſtus pectora noſtra premit.
Illius at cauſa cur nos dolor urgeat ullus?
Quidue graues curæ pectora noſtra præmant?

Is ſi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

Is ſiquidem ærumnas omnes cum morte reliquit,
In terram quando terrea membra dedit.
Inq; ſuo lecto placida nunc pace quieſcit,
Ipſe labore carens atq; dolore graui.
Dormit, ut immundos ſomno extinguente uapores,
Surgat in extremo maſſa renata die.
Spiritus at uigilans cum Chriſto uiuit in æuum,
Cumq; ſacris ſentit gaudia uiua Choris.
Quo nos ſpectantes una lætemur in ipſo
Gaudia qui tribuit non peritura pijs.
Sed quia nunc hoſtes Chriſti graßantur ubiq;,
Et ſtudijs creſcit turba maligna ſuis:
Creſcit & in nobis carnis peruerſa uoluptas,
Subdamus mortis corpora noſtra iugo.
Et ſimul ardenter deuoto corde petamus,
Vt cœtum ſeruet Chriſtus ubiq; ſuum.
Ac ubi tempus adeſt hoc quo migremus ab orbe,
AEthereas faciat nos habitare domos.

FINIS.

Iohannes Matthias Hom, ex gra-
tia Dei, ſeruus & diſci-
pulus Ieſu Chriſti.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

Bl. 24

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

DET KONGELIGE BIBLIOTEK.

DEN DANSKE AFDELING.

København, den 6.12.1924.

Til Universitetsbibliotekets Udlaansekspedition

Idet jeg herved tilbagesender Joh. Hoinus: „Oratio funebris in memoriam Chr. Morsiani", Wittenberg 1554, med Tak for Laanet, tillader jeg mig at vedlægge Fotografier af Bogens to sidste Blade, som mangler i Universitetsbibliotekets Eksemplar. De er tagne efter det eneste kendte komplette Ekspl. af Bogen, ~~som~~ findes i Nationalbiblioteket i Wien, og jeg beder Universitetsbiblioteket modtage dem til Komplettering af Eksemplaret.

Ærbødigst

Lauritz Nielsen.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
G 9298 8°UB-boks: Bibl. Dan. III, sp. 1305 [LN 969]